



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sacrum Misericordiae Palatium**

Variis Sacrae-Scripturae Locis, Atque Septem misericordiae operibus quasi  
peristromatibus exornatum

**Gzaeus, Nicolaus**

**Augustae Trevirorum, 1618**

Misericordia est ianua empyrei caeli. capu. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54477)

les, sustentet infirmos, claudos atque cœcos cōfirmet & solidet, dummodo animosè ad ascensum anhelemus. Ad quem ascensum varijs modis nos vocat Christus, nunc per mortis venturæ recordationem, iam per pœnarum infernalium terrorem, modò per Prædicatorum suasionem, statim per beneficiorū ab eo nobis datorum improperationem, nunc per diuini fauoris impertitionem, modò per diuinam inspirationem, iam per morborum afflictionem, nunc per gaudiorum promissionem, mox per æternorum gaudiorum largitionem, quibus fruuntur, qui inoffenso calle, opera Misericordiæ perseueranter exercuerunt.



MISERICORDIA.  
EMPYREI EST IANVA  
COELI.

CAPVT X.

**N**Vnquid gratū erit si vos ad Empyreī cœli ianuā perduxero? Hæc autē Misericordia est, Quod vt apertius intelligatis

D 2 memi-


meminisse decet illius templi Athenien-  
 sis; Misericordix sacri, quod nemo ingredi  
 audebat, qui charitatis operibus non insi-  
 fteret; adeò vt plerique ingrediendi amo-  
 re perculli solam eam ob causam pietatis  
 operibus, Misericordix, & Charitati ope-  
 ram darent. Sicut igitur his nisi Misericor-  
 diam sectantibus, templi negabatur aditus;  
 ita, Immesericordib<sup>9</sup> regni cœlestis occlu-  
 detur introitus. Ideò in huius rei figuram  
 ante fores templi Salomonis ostia parua  
 erant oliuarum lignis fabrefacta, quæ Rex  
 deaurari curauit, vt hinc ostenderetur non  
 prius posse nos Regnum Dei (qui est plus-  
 quam Salomon) introire, quam per portas  
 Oliuarum, Misericordix dico, transueri-  
 mus Deinde quomodo regni cœlestis gau-  
 dia adipisci poterimus quandoquidem vt  
 ait D. Ioannes; *Qui habuerit substantiam  
 huius seculi, & viderit fratrem indigentem,  
 clausitque viscera sua super eum, quomodo  
 charitas Dei in illo erit?* Igitur sine charitate  
 ad deum tendere non possumus, nam sicut  
 viscera pauperi occludit; sic Deus charita-  
 tis dote priuabit, ianuas Paradisi occludet  
 dicens: *Non nouite, veste nuptiali cares,  
 charitatem non habes, per fenestras intro-  
 isti non per Misericordix fores, ideò mitte-  
 ris*

3.Reg. 6.

Luc. 2.

Ioannis. 3.

ris in tenebras exteriores. Nihil itaque acceptum magis vobis porrigere poteram quam hanc Misericordiae demonstrare ianuam, siquidem quilibet homo saluari cupit, quoslibet saluare desiderat Deus: *Vult enim omnes homines saluos fieri.* 1. Tim. 2. Quamuis vera per sepe agnita semita, plerique eam declinant, subterfugiunt, omnem foelicitatem, beatitudinem vniuersam in temporalibus, in caducis mundanarum voluptatum delicijs constituentes. Non haec via vera, sed ea est quam vos doceo, qua vobis praebeo, Misericordia est. Aliae rationes quae ad hoc opus me mouerunt sunt Christi commendaticiae, sententiae, quas in fauorem Misericordiae varijs in locis protulit, de quibus aliquid in sequentibus.

  
 DOMINVS VVLT NOS  
 ESSE MISERICORDES AD  
 IMITATIONEM PATRIS: ESTOTE  
 Misericordes sicut & Pater vester  
 Misericors est.

## CAPVT XI.

**Q**uemadmodu dux strenuus cum ini-  
 D 3      mico